17 WB 150, Kapsel (63)

# DIOECESIS
# NEUSTAD-AYSCHANA
## POST TRISTIA NUBILA
### JUBILA LÆTA

*fronte Serenâ hilariq; vultu celebrat*

*cùm*

SERENISSIMI CLEMENTISSIMIQ; DN.

# PATRIÆ PATRIS

*AUTORITATE SUPREMA*

# VIR

*MAXIME REVERENDUS, EXCEL-LENTISSIMUS,*

# D. DOMINUS HENRICUS ARNOLDUS STOCKFLETHUS

*SS. THEOLOGIÆ LICENTIATUS NOBILLISSIMUS SUPERINTENDENS DUPLICIS DIOECESIS AMPLISSIMUS ECCLESIÆQ; NEUSTADENSIS PASTOR RELIGIOSISSIMUS*

*more rituq; ſolemni*

*ſolemnia inter honorem vota, fataq; deſideratiſſima publicè renunciaretur.*

---

*NEUSTADII,*

*ÆRE REDELHAMERIANO, Æ.C.CIↃ.IↃC.LXXIX.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847883-p0001-2

I.

Bellatum ſatis eſt. Cur age mutuis
Verbis barbita plus noſtra laceſſimus?
Turpis cauſa duelli,
At pax optima nos decet.
Tethys, Juno, Ceres & Rhea litigent,
nos aſt alma beet jam Patriæ qvies,
ſecum bella ferentis
expertes maris heic ſumus.
Magnorum tetricas aurea tu Dea!
frontes lætitiâ ſolvere PRINCIPUM;
multi pulveris aulas
mox faſtidia diluis.
Haud ignobilior te celebret TUBA
Stockfleth/ qvi cerebro proſiluit deæ
ceu lux ſidere fuſa
qvæ præſtantior omnibus.
In votum coëat Muſa: ſuperſtitem
Te ſervet Deus, æthera nos SENES
pertæſi fragiles dies
vitæ qværimus exitum.

Excellentiſſimo DN. Superintendenti ſuo obſervantiam debitam hiſce exſolvere voluit par Seniorum Diœceſ. Neuſtad. uti langvoribus confectum ita annis aggravatũ

LEONHARDUS Bauer/ Paſtor Ipsheimenſ.
M. PETRUS Deurling/ Paſtor Burgbernh.

II.

EN, cernitis? ſe nubila dividunt,
Qvamvis aqvoſam evolvere faſciam
Minetur Eurus, mitigato
pura tamen ſubit aura olympo.
Jam nunc revulſis ſolvite vinculis,
captiva cuncti gaudia. Grex pius
Templi, Diœceſis, Scholæq;
Paſtor, oves, bona verba dicant.
STOCKFLETHE! noſtri gloria Principis
Poſthac Scholas & Templa tuebere
Qvæ nuper iſtum ſævientem
depulerant laribus leonem.
Hîc, hîc benignus candor & inclytæ
Serena mentis copia fulgurat
Ruptura per qvascunq; nubes
conſiliis agiliq; telô
Prudentiæ. Tu perbene perſpicax
Ventura tangis pollice Apollinis
Doctisq; conjectare verum
luce frui potes obſervata.
Sic nos loqventem magna Chryſoſtomum
Audire viſi, ſic precioſior
Eccleſiam ſpectet venuſtas,
ſint qvoq; florida tempe: Fiat!

JOHANN-SEBASTIAN Wagner / Archi-D.
JOHANN-CASPAR Hofmann / Syn-Diac.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847883-p0003-4

III.

EIn ſchön und herꝛlich Lob den Galathern wird geben/
Von Paulo / der ſich als ein Lehrer thät erheben/
Umo ihnen GOttes Wort gantz treulich vorzutragen/
Nach dem ſie ſolten thun / zu ihrem Wohlbehagen.
Denn haben freudig ſie/ und herꝛlich aufgenommen
Als GOTTes Engel / ja als JEſum ſelbſt den frommen/
Ihr' Augen aus dem Haupt auch willig hergegeben/
Zu Dienſt zu ſeinem Thun / recht Fried-Chriſtlich zu leben
Worob auch ſolche all'/ Er ſeelig/ ſeelig preiſet
Daß ſie ſich gegen Ihm und dem Wort ſo erweiſet.
Wohlan! Es kommt jetzt auch ein neuer GOttes-Mann
Ins Fürſten Unterland/ zur Weydens-Lehre an/
Zur Seelen treuen Wacht/ nach GOttes Will und Mund
So wohlen Tags als Nachts / ja all' und jede Stund.
Damit wir einſten all/ von dem was iſt auf Erden
Zum Himmliſch-Ewigen geführet möchten werden.
Herꝛ Chriſtian Ernſt der Fürſt / der groſſe Held an That
IHM/ gantz das Unterland hoch anbefohlen hat
Zu nehmen Uns in Hut: Wann böſer Leute Haß
Nach der Welt üblem Brauch ſchon währt ohn Unterlaß
So bleibt mit Galathern/ unſterblichs Lob und Ruhm
All denen/ die mit Luſt nach ſeiner Lehre Thun/
Worbey wir alles Glück/ und Gottes reichen Seegen
Von Hertzen wünſchen IHM'/ auf allen ſeinen Wegen
Solt' aber Neyd/ Groll/ heim-und offentlicher Haß
Gantz unverdient/ und daß zwar faſt ohn alle Maß
Sich finden/ ſo ſeh' Er nicht auf der Welte-Lohn
Sein Auge ſey gericht auf die dreyfache Cron *   * Ap.2.11.
Die ewig/ ewig gantz unfehlbar iſt beſchehrt   1.Pet.5.4.
Die treulich wohl und feſt im Glaubeu ſind bewehrt.   2.Tim.4.

Nicolaus Mendel/ Pfarrer zu Ickelheim.

VOTI-

IV.

# VOTIVUS APPLAUSUS

IN

DIGNITATES NOVITER COLLATAS

# VIRO

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO ATQ;

EXCELLENTISSIMO,

# D. HENRICO ARNOLDO Stockfleth/

SS. THEOLOGIÆ LICENTIATO CELEBERRIMO,
SUPERIORIS BURGGRAVIATUS NORICI,
Qvoad tractum Inferiorem Superintendenti, Paſtori NeuſtadI ad Ayſſum, it. Sereniſſ. March. Brandenburgico Beruthini Concionatori Aulico Itin.
optimè merenti,
Ab ingenio Singulari, Judicio ſubacto, facundia inſolita, labore indefeſſo, Gratia divina, omniumq; virtutum complexu ſvaviore commendatiſſimo, in ornamentum noſtræ ætatis ut nato, ita rariore doctrinâ florentiſſimo Domino INSPECTORI ac Mecœnati ſuo omni obſervantiæ genere proſeqvendo,

LYRICO CARMINE,

INSTITUTUS

à M. JOANNE FRIDERICO Arzbergern/
Paſt. Baudenb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847883-p0005-5

## A & O!

ITa eſt. Oportet multa qvieſcere (a)
ferriq; motu plurima debito.
Si vis periclum, comprobatis
fac modulaminibus, Thalia.
Videre non unqvam potes otio
torpere Stellas aut mare Caſpium. (b)
Eſt hercle eò ſublimior vis,
qvo vehementior urit, ignis.
Et Æthra rupto ſibilat haud ſono.
Miraris autem celſa Ceraunia,
arbuſta cum ſaxis qvaſi alto
fiſſa jacere ſopore preſſa. (c)
Hinc parta ſenſu ſæpe ſcientia,
quod debet, ut ſit, de tabula manum (d)
num rite fiat, qvodq; corpus
hôc itidem ſolet æſtimare.

(a) ODE eò collimat tota, ut Mecœnatis ſui laudes in æpricum producat, qvarum fons, unde propullulent affatim, egregius ſit iſte omnemq; ferè aliorum multis paraſangis exſuperans ANIMI MOTUS. (b) Dies naturalis effectum eſt totius motus Diurni à ſole & reliqvis ſyderibus, cum & hæc nonminus quam ſol tendant ab ortu in occaſum ſpatio horarum vigenti qvatuor æque procedens acartificialis effectum partis motus Diurni, qvicqvid etiam aliorum bucca nunc qvidem præclaros baſiatores inflans fruſtra obganniat. (c) Qualemcunq; hic non naturæ propriam circa arbuſta fiſſa indigito qvietem, alias corpora forent verè talia, quod abſonum.

Loca-

Locale confeſtim proculamove, (e)
iſto hîc retento, qvod ſapit invios
vulgo receſſus, ſic apertos,
veriſonans Chely, ceu merentur.

Stetére non pauci glacies iners
mēſes per omnes, vel fera quod doles (f)
qverceta Gargani, at qvid olim (g)
motibus aſſiduis ſit actum.

Et nunc, rigeret vena volentibus
tractare Mecœnas, opus arduum.
Picta ſub una mole proſit
innumerum caput attuliſſe. (h)

Jn Te refulgent lumina ceü polo,
defenſa coram Præſulibus fides,
& cura Legatis ſacrata, (i)
heus Babeberga, negotiorum.

(d) Motus & qvies è veteribus qvibusdam corp' Phyſicum conſtituunt. Error ſine dubio ex oculari mot' & quietis corporum nonnullorum perceptione dimanavit. Jmò motus etſi ſub alia facie Carteſio impoſuit, ut motu in horologiis exactius obſervato illo ipſo omnium formas, ſi humanam exceperis, per conglomerationem accidentium, ſic loqviamat, dimenſus ſit. (e) Diviſibilis tendentia illuſtrandæ materiæ ergò adducta, proſcribitur ex hôc foro, ubi de mentali ſermo eſt, ejus evidentia, ubi nil abeſt, qvin idem placitum ingeneret animis. (f) Potiſſimum Monachi inutilia terræ pondera, qvorum tanta, hodie copia, utſe velut agmina in totam Europam diffuderint. Vel ſola Portugallia 120. Monaſteria præter Collegia Jeſuitarum & Canonicorum, Hiſpaniæ verò regnum omnium latiſſima aqvaliculos alentium domicilia

Artem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847883-p0007-6

Artem bibendi dulciùs huc refer
nectar favoris Principe ſtrenuo, (k)
cum connotata re tremendâ
Te invigilaſſe domi foriſq;.
Audacter ejus proſperitatibus,
ſtrepente fruſtra Cuſpide Martia.
Quæ prodidiſti luce digna,
vaſto Adamantina dic labore, (l)
referre ſuadâ mellea labiave, (m)
ac haurienda, nil niſi acumina (n)
vi, ſingulis, pro ut confitentur,
his rapientibus inſtar ad ſe
Magnetis, ohe, belligeros viros.
Mecum, ſophorum pace qvod eloqvar
perpendo jam, Patrone, motus
pectoris hos animam Tibi eſſe, (o)

*habere dicitur. Jnter diverſi generis ordines hoſce nullus otio tam indulget ac Mendicantium turpiſſimus, creatus is ſec. XIII. cœpit egregiis dvobus viris, altero Dominico Hiſpano, altero Franciſco Jtalo. Jnde curioſum extat ſcriptum in qvo omnia qvotqvot in Europa invenire licet, Monaſteria adducuntur unà cum modo innumerum conducendi militem contra Turcam facilius & feliciùs ineundo, ſi exempti cuilibet Monaſterio ſumptus pro unico Monacho, deſtinentur militi, tot vel tot inde emergerent Johannes Aventinus celebris ſcriptor de ruditate indivulſa pigritiæ Comite ſuperiorum ſec. conqveſtus inter alia non tacet, Lombardorum regnum ſola inſcitiâ ſacerdotum everſum eſſe. vid. Friſchl. in Priſc. vap. (g) Digitum intendo ad Altdorpfinas Muſas. (h) Pictoribus ſcilicet ingentem oſtenſuris ho-*

Tradux

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847883-p0008-1

*Tradux honoris vitaq; gloriæ (p)*
*in ore cunctorum unde fluat velut*
*de vineâ fructus, perenni,*
*quo ſine nil foret iſta, curſu. (q)*
*Commendat adductis ſuperaddita*
*Te ſponte non-ceſſans agitatio (r)*
*à mente ſummi Conditoris,*
*diſpare continui laborum*
*expreſſa momenti effigie licet:*
*Simulq; divum, qvod patet alterum,*
*è ſimplici cœleſtium re, (s)*
*STOCKFLETHII aut MEDITANTIS, aptè*
*Signans eundem pro modulo, invicem*
*mutata ſi ſit, docta locutio,*
*Sed Muſa qvò migras? movendi*
*ſe varias cumulabis artes. (t)*

*minum multitudinem obveniunt ſæpe anguſtiores paginæ eam haud capturæ, agunt inde id, ne nihil egiſſe videantur, ut modo capita ſub uno itidem & altero corpore, ex qvibus potiſſimum dignoſci poſſint, afferant. Præcognitio omnis Generalis idē facit in diſciplina majorem in animis diſcentium ardorem per guſtum, qvæ in ipſo opere continentur, rerum anticipatum excitatura. (i) Vulgus eruditorum, politicum vel ex veſtibus, ſimulandi arte vel ex forinſecis negotiis dum æſtimat, quoscunq; Clericos ab omni conſilio etiam in ſpeciem Civili prohibet, ſane neſciens omnem bonum Civem eſſe Politicum, vel imperare benè vel dextrè obedire callentem, hocq; poſterius Eccleſiaſticos omninò decere ex eô, naturam irrito conatu varii generis dona, qvæ periodicè & qvaſi precariè ad*

*Civitatis integræ petitum, ſive ſubdelegativè elargiri queant, qvibusdam non contuliſſe, tum potiſſimum ubi juſtior temperies eô in caſu obſervetur, nec Antichriſto feneſtræ de poteſtate ſecul. l. Mon. pap. aperiantur. Actus intelligo merè & formaliter politicos, Civiles, aliàs bene memini, iſtos actus Miniſtrorum Eccleſiæ Exotericos, objectivè Eccleſiaſticos ac virtualiter Politicos juxta illud Conſtantini M. apud Euſeb. de vita Conſt. vos Epiſcopieſtis in Eccleſia, ego extra Eccleſiam Epiſcopus à Deo conſtitutus ſum: ita expoſitos, jure humano poſitivo tanqvam per principium proximum collatos eſſe qvibusdam in Germania Conſiſtoriis aſſidentibus, de qvibus ſermo non eſt. (k) Non Jeſuitarum more qvibus Pontifex eâ de cauſa omnem ſuam debet autoritatem. Jacobus Rex magnæ Britanniæ non aliter illos ac*

*Domare verſis in precium cupis*
*arceis ferocis, Galle, Sycambriæ* (u)
*primoribus, Suedos ad ire*
*imò metalla jubes, ſed aſtris*
*malis, per ipſos, Teuto, ſattellites*
*tuos, lucreris qveis Danaen benè.*
*Herois adjuncta phalange*
*Marchiaci prius imminutâ.*
*Innixus alis Dædalides miſer* (w)
*ſævis aqvarum vorticibus dedit*
*nomen. Tarentinam columbam* (x)
*eſto volaſſe! qvid inde? tendit,*
*natura cum perdextra negaverit*
*ligno facultates, tamen inſciens.*
*Conſarcinandi & cum pagellas*
*ſacra fames hodie nepotes*

Japete recto plus laceret Tuos (y)
conclave ſit nigrum nitidæ fores (z)
intusq; ſaxum ſi retectum
crebra cadavera mentiantur,

hoſtes ſuos ac communes omnium Principum proditores ac parricidas habuit. Eliſabetha Angliæ Regina non ſuis ditionibus ejecit ſolum, ſed & alibi excedere ut juberentur, omnem movit lapidem. Sorbonæ Pariſienſis apud Thuanum oratio, ut & Joſephus Acoſta omnibus Theologiæ Studioſis judicio Magni Conringii lectu neceſſarius Jeſuitarum ingenia ad ſtuporem detegunt. In Germania nubilli major eſt ac Viennæ Pragæ & Monachl in Bavaria eorum poteſtas. Venenum ab his Principes ſumunt, illi gratiam horum aucupantur, verum rarior eſt ars Mecœnatis noſtri, qva Eccleſiæ non parum utilitatis accedit, utendi Principe. (l) Origenes Adamantinus inde nominatus. ſec. 3. Pater plura ſcripſiſſe dicitur, qvam qvis per ætatem perlegat. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccl. ait, ſe in peculiari Epiſtola (jam periit) recenſuiſſe omnes libros Origenis. (m) Ambroſius & Chryſoſtomus ſec. ſeq. Scriptores ob eloqventiam celebres. (n) Auguſtinus, ſive eum cum Oſiandro ad ſec. IV. finem, ſive ad V. initium, ubi potiſſimum floruit referat quis, perinde eſt, in libro de Civit. D. acumina mera ſpirat. (o) Alludit ad priora. (r) Intellectus divinus in continuo motu eſt, ob qvem etiam ratio qvorundam de Deo inter ſeſe digeſtura conceptus Intellectus & Intellectionis, non inveniri poſſe perſuadet ſibi cauſam virtualiter cauſantem, niſi eidem

*merâ aptitudo, quâ ante pollere concipitur ac intelligit, aliis econtra in totum adinſtar rationis à priori hanc non agnoſcentib', pro fundamẽto ſufficiens deprehẽderetur. (s) Qvicqvid ſit, nihil eſt in Deo, quod non ſit ipſe Deus, ulla diſtinctio ſi occurrit, non rei ſed rationis eſt imbecillitati ſuæ præſumã divinarum rerum eminentia diſtingvendo conſulentis. Omnipotentiam eqvidem alio conceptu ac intellectum ſignificat, à parte rei tamen, utor voce domeſtica, non alia facultate agit in ſe, alia extrinſecus producit opera Deus. Cave ergò hujusmodi excellentiam de omni moda eſſentiæ & attributorum vel conceptuum ſecundorum extra mentis operationem identitate ulli attribuas creato, qvippe qvod, ubi prædicati cujusdam eminentia obtinuit, per meræ proportionis analogiam ſimpliciſſimæ divinæ naturæ reſpondens antonomaſia in Rhetoricis abunde exornat. Ex dictis hâc vice elicio iſtud, eò perfectiores exiſtere homines, qvò propius ad Deum accedant. (p) Per traducem propagatur anima; Tradux vero pars eſt ab arbore ſecta & in aliam arborem traducta. Contendantur jam invicem tradux & motus, liqvidum erit ex intuitu ſcriptorum aliorumq; tuorum motuum crebrius repetito ſimiles infundi animis, qvod communicationis genus Philoſophis audit ſecundum alterius ſimilis productionem. Vel motus iſti Tui ita ſe habent, ut ab iis velut animâ omne æſtimium, cujus apud alios magnum pondus eſt, proximè dependeat. (q) Forma nunqvam otioſa. (t) Motus obliqvi. (u) Jam ante Ludovicus XIII. cum Ferdinandi II. Imperatoris prævalentem fortunam perſentiſceret, adver-*

*ſus ipſum Guſtavum Adolphum Regem Sveciæ ſub religionis vindicandæ prætextu excitavit qui Auſtriacorum res quoq; non parum infregit. Sed motui ſiniſtro jus fœdera pangendi cum exteris, ſtatibus Imperii competens non accenſemus, etenim conditionis noſtrorum Germaniæ Principum adeo diverſa ſæpe apparuit facies, ut aliorum extra Imperium auxilia implorare coacti fuerint. Cauſas tricennalis belli repetamus modò, præſtitiſſe omnino videbimus evocâſſe Svedos in ſuppetias ferendas quam libertatem Germaniæ perdidiſſe, utut Svedis magna terrarum pars, fruſtra aliis conquerentibus, ex eô tempore adjecta ſit. Obtinet tum Canon. Inter duo mala minus eſt eligendum; an vero conducant ea fœdera, judicent alii. Obliquum recto nunquam non admiſtum videbimus. Superiori ſeculo inter Henricum II. Gall. Regem, Electorem Sax. Mauritium &c commune fœdus, quodq; Imperio ſatis cautum videbatur ſancitum eſt, Rege Galliæ tum diſertè polliciente, ſe nihil lucri quæſiturum. Quid fit? contra pactum Civitates quædam Med. Verd. & Tulenſis Imperio exemptæ ipſi ceſſére, nec in hunc usq; diem reſtitutæ ſunt: Motus hodierni belli qualis ſit à Ducibus & Regibus hinc inde ſuſceptus varia Satyrica præprimis non ita pridem emiſſum teſtatur,* **Mazariniſches Kartenſpiel.** *(w) Multi multa temerario auſu ſuſcipiunt, quibus abſtinuiſſe ſatius eſſet, quam periculum deinceps incurriſſe. à Schulenburgio hodie Monaſterienſis Epiſcopi ſanctiori Conſilario, ante hac Legato Generali Ordinum Gröningenſis provinciæ hujusce-*


modi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847883-p0013-9

*modi voces Gröningæ, cum res ipſius voto ibi non reſponderent auditæ: flectere ſi nequeo Superos Acheronta movebo. Sed ipſe poſteà conſcientia criminum perterritus brevi domo & urbe indutis veſtibus muliebribus exire properat. Illuſtri prætereà exemplo eſt controverſia inter Bavarum & Palatinum hodie de Vicariatu, ad hæreatne provinciæ an Electoratui olim translato agitata fervidè, ubi pro Bavaro ad minimum cōmunio illius ex poſſeſſione alterius Palatinatus cum integrâ dignitate, habenda & ſic cauſa omninò melior videtur. Qvodſi verò inani ſpe potiundi Bohemiæ Regnum Fridericus V. decipi ſe non paſſus eſſet, qvis qvæſo unquam ſcrupulum Vicaria tui injeciſſet? (x) Aſcendunt plures honorum culmina ad ea viribus non inſtructi, ſic Anglia Magiſtros, Italia Doctores doctrinâ etiam leviſſimè imbutos creat. Italus qvidam Doctoris titulo tumeſcens à Gregorio XIII. (qvi Pontifex juris utriusq; doctrinæ encomio clariſſimus extitit) cùm beneficia ſibi conferenda peteret, iſte, dic mihi, ait, utrum Doctor ſis an Doctoratus, hîc parum, illic verò plurima, qvorum Tu forte nihil habes, reqviruntur. Hiſce è Calvinianorum grege non abſimiles ſunt aliqvi, qvando Theologiæ Studioſis ad nullos in ſpecie Paſtoratus vocatis, qvò velint, abeant ad prædicandum Evangelium & peragenda Sacramenta Ordinationis ritu publicè injungunt. Electoris Brandenburgici Heroum vivi Exemplaris militandi mos in eô contra plenis buccinis eſt decantandus, qvod in Signiferi in præliis trucidati vices*

*illum*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847883-p0014-5

*Aut bis(aa) recoctæ ſint, careât fide(bb)*
*antiqvitatis non benè conſcia,*
*rerumq; punctis abſtrahendis, (cc)*
*aut aliis opibus Minervâ (dd)*
*valde ſiniſtra, ſi modo nomina*
*extruſerint tanqvam rutilans avis (ee)*
*Junonis, ô Immanis umbra!*
*verſicoloribus undecunq;*
*pennis; at auſus hòs ſtrepitus puta.*
*Nodos catervæ appone Sophiſticæ (ff)*
*non regulari motioni*
*cum calamo ſibi blandiente, (gg)*
*& Zoilorum, qvam qveat aſſeqvi, [hh]*
*minus celebratam ſapientiam,*
*deciſa. Neſcit qvò vagetur*
*tale hominum genus odioſum.*

*illum ſurrogatum velit, qvi proximus procumbenti vexilla exceperit. (y) Angli Germanos cacare interdum libros ſuos proclamãt. (aa) Expilant aliorum ſcripta. [z] Plus libelli ſæpe titul' promittit ac in ipſo exhibetur opere. Excell. Dominus Licentiatus in ſcripto* **von der Hütte Gottes** *omnia plenè & planè perſeqvitur. (bb) Hiſtoriæ ſive recentis ſive antiquæ, ejusq; vel profanæ vel ſacræ ignari, nedũ judiciorũ de Autoribus periti. Qvæ notitia ſub neceſſitate hypothetica afficit ſolum res Theologicas, qvamlibet controverſiam ex altis unde prima falſa originem traxerint repetendo, atq; inde ex uberiori collatione Synodorum dogmata acceptantium vel reiicientium decidendo, non verò conſtituit, ut conſenſu Primitivæ Eccleſiæ Catholico, dum Principium Theologiæ ſecundarium ſtatuitur à Calixto &*

*Dreierô oppido infertur. Calixtus & Dorſchæus DD. inter Proteſtantes hoc in ſcibili maximè verſatiſſimi audiunt. (cc) Non in ſtatu, intranſitivè, etenim ſic eſſentia indiviſibilis & ut Ariſtoteles loqvitur inſtar puncti, vel numerorum ſe habens amplius abſtrahi neqvit; ſed in actu, tranſitivè. Fundamentum ſalutis omnium optimè Nicol. Hunius in Diaſcepſi contra Calvinianos abſtraxit, primusq; in hâc materia glaciem fregit, Dominus Calixtus verò & cum his Rintelenſes præprimis certis poſitionibus nimium coarctarunt, qvi poſteriores in Apologia dum fidem in Infantibus ſola operatione Spiritus S. claudunt, id afferunt qvod verum; ſed nimis commune eſt, nec quicquam inſuper aſſerere præſumunt, qvaſi ne qvalicunq; meliori qvantam cognoſcendam infirmitas permittit, in omnibus ſubjectis, & ſic fide materialiter ſe habente, ad inveniendâ univerſali ideâ fides conſtet ab omnibus conditionibus Indivi duantibus, qvas ignorare ex fide Infantum nonnullas nil impediret denudata. Sic qvi ſacram Scripturam in ſe ponderat facile animadvertet, ea ſine qvibus ne per potentiàm Dei eſſe poteſt nempe materià & formâ eſſentiam à priori concernere, vim convertendi verò homines, illuminandi eos ex jam conſtitutâ fluere inſeparabiliter juxta ordinem ſcripturæ liberè conceſſum à Deo, qvi & cum Scripturæ hac vi ſibi intrinſecâ unâ numero actione etſi inæqvaliter verè tamen producat effectum Spiritualem unum Apoteleſma, illuminationem utriusq; prolem Dei & Scripturæ S. de qvâ vis illa merè Paronymicè prædicetur. Qvid*

*qvod?*

*quod? Senſus Myſticus in diſceptationem quod rem per verba ſignificet ſenſus omnis, ille verò ex re colligendus ſit, veniens ampliatione opus habet, ſufficere ad ſenſum ſive immediatè ex verbis ſivè mediate ex re verbis nilominus ſubdita hauriatur, qvæ ratio ita abſtrahit modum, & verba utrobiq; neceſſaria in ſe retinet. Terminos Theologicos in juſtiſſima eorum formalitate expromere qvi poſſent, DD. Joh. Muſ. in Jen. Joh. Adamus Oſiand. in Tubing. & Joh. Meiſner. in Witteb. Acad. præ aliis merentur adduci, & ſi qvis alius huic operi ubi rudiores in lectione Theologica conſulerent ſibi, quippe qui incidẽtes ſæpe in cõtroverſias Theolog. terminos neſciũt, applicaret ſe, operam non inutilem tractaret, & forte longe præſtantiorem à qvibusdam componendis precatoriis libellis poſtillisve impenſâ, regnum Dei, tum potiſſimum ſi bis recocta ſint, nec ſpiritu abundent, non tam promoventibus quam impedientibus multopere. Crediderim ego eò intenſiorem eſſe famem qvò rarior & carior, non tamen ideo plane nulla res ſit, semperq; illud obtinere, omne nimium in vitium & faſtidium verti. Excell. Dom. Superint. terminum Conſignationis, alienis ſignificatibus longè amotis in libello curioſorum concept. dexterrimè expoſuit. (dd) Methodo, informatione activa, & paſſivâ præviâ, Stylo. Qvod attinet binas has Strophas non Doctiorũ perexiguos nævos, ſed nimis Scripturientes atro carbone notatos volo. Ita obiter Senſus formalitatem, & Rintelenſium circa fidem in Infantibus opinionem, non dato qvod abſit, caſtigandi ſtudio attigi. (ee) Ti-*

*tulos recenſere omnes ſuos vanum non eſt, ſi vanitas fundamenti loco non militet. Principes & Reges nonnulli in hôc laudem merentur contra Exteros, ſi vel Prætenſiones, Dignitates, vel Poteſtates indicaturi titulos coacervant, qvod dum in more Gallorum ex conditione regni non eſt provincias toti regno acqviſitas titulo Regi proprio inſerere, haut miror qvod invidens Encomia ſua Germaniæ Principibus Franciſcus I. Gall. Rex tempore controverſiarum Carolo V. Imp. ad literas, qvibus longior titulus præfixus erat, reſponderit, ſuô in hunc modum addito: Franciſcus I. Rex Galliæ, Galliæ, Galliæ, Galliæ &c. unà cum iſto mordaci, unum ſuum Galliæ Regnum ſufficere omnibus Imperii provinciis domandis. Italia titulis abutitur Marchiones ſine Marchionatibus innumeros, Eqvites, qvibus nec eqvus nec calcaria nec ocreæ ſunt, nominando. Imò olim triginta Marchiones in fico arbore viſos eſſe, qvi famem ficis depulerint, jocatur nonnemo, qvod eſt ex vitio ſeculi. (ff) Gregorius de Valentia inter Jeſuitas omnium faſtuoſiſſimus, teſte Hülſeman. in l. de auxil. gr. Occamus ſubtilitatum invictiſſimus nugator eſt Muſæo in l. de Princ. rat. Sane Theologia Scholaſtica in ſe multum prodeſt, ſi reſecueris fallaces qvæſtiones, & mirum eam in Proteſtantium non adeo ut in Pontificiorum Scholis excoli. Scimus enim ingenium ea acui multopere, difficillima argumenta ſolvi feliciter. Sine admiratione de rebus Moralibus Franciſcum Victoriæ qvi primus cœpit moralia tam operosè perſeqvi, nemo leget, Diſci-*

*pulos*

pulos nactus eſt Ferdinandum Vaſq. & Didacum Covarruv. ex qvibus poſteà librum ſuum de bello & pace habet Grotius orbis literarii miraculum, nullibi verò Theologia Scholaſtica majores ac in Hiſpania fecit progreſſus. (gg) Duræi, Johannis Melleti &c. ſcriptis ſuis concordiam ſpiritualem inter diſſentientes & fratrum Walenburg. in novâ Methodo jactantium, non teneri ſe Præſcriptionis titulo ex Scriptura cum per tot annos iſtam aſſervarint, probatione dogmatum ſvorum, Domeſticorum ſcilicet haud provocatam, tum vero reddere rationes, ſed non reperiſſe qvod Pueri in faba æſtimandi ſunt. Et calamo blandiri eos ſibi videmus, qui libros ſuos de contemnenda gloria inſcribunt, & cauſa gloriæ proprii nominis titulos prænotant vitio Avtapat: ignorantiæ matris, ingenioſo Comentario ſub titulo: Noſce Te ipſum. das groſſe Geheimnus des Selb-Betrugs: à Jeremia Dyke Anglo expoſitæ. (hh) Oldenburgerus Ictus Theſauri Conringiani Compilator part. 4. rerum Theologicarum vel nulla, vel ſi aliqva perexigua tamen notitia, Catechetica, Rudiori inſtructus, qvaſi ſutor ultra crepidam in talia erumpit verba. Fridrich Ulrich Calixtus magni Georgii Calixti (qvem Witteb. & Lipſ. Theologi affectibus & furioſo fervore præpediti fruſtra oppugnarunt, filius, o utinam ſeculum Proteſtantium ſemper ferret Calixtos (non Hülſemannos) citius certe tres religiones in Imperio diſſidentes componerentur. In hunc cenſum omnes revoco ſuorum admiratores aniliũ, ſterilium, puerilium Doctoribus ſordentium, Cri-

ſtatos alites, ſemet docẽtes, ſuperciliũ attollẽtes, homines Chriſtianæ charitati quam pernicioſos. Ita aliquibus Acroamatica Theologia in Academia cōmorantib' tantæ curæ non eſt, unde tenui ſupellectile ſua contenti ſannis eam exagitant, qvaſi hâc vel opus non ſit ipſis captũ plebeculæ transcenſura, vel oblivio terminorum jamdudum animos ſubierit, qvo in caſu ſi petatur per conceptus legitimè ante diſponendos conceptus e. g. ſpei, fiduciæ, accuratior altiſſimum eſt ſilentium, inſuper & illud Apoſtoli olim ipſis exercendum rectè partiri ſermones, ſusq; deq; habetur. Iam beatis quidem in hâc mortalitate omnibus eſſe, fateor non licet, ut perfectione gradu-um attingant res Theologicas, nilominus tamen partium illa perfectio, quã diſcentiũ & audientiũ animis inſtillare debent ad ſalutem ſcitu neceſſariarũ majores neceſſe eſt radices egerit in docentibus, & ſic gradu perfectionis præpolluerit. Viros roboris oportet eſſe Miniſtros Eccleſiæ contra Breſſerum. (ii) Schiſma, ſive diſſenſio ab Eccleſia contentioſa in rebus fundamentum fidei & ſalutis non attingentibus natales ſuos plerumq; debet novis Phraſibus ad aucupandam de ingenii ubertate gloriolam confictis, qvæ ubi pertinacior animus vim veri hinc inde convaſatis effugiis, qvorum vel virtute, vel primô intuitu fidei ipſa baſis evertitur, acceſſerit eluſurus, in hæreſin abeunt, & dudum abiere. (kk) Obliquus iſte exmotu Mecœnatis recto optimè dijudicatur, erudito, prudenti, ſincero. (ll) Pontificiorum & Calvinianorum ſcripta Stylo perſtringentem, ex illorum à Pontifice Romano, aſt horum

parte

Templum Dianæ percipe complicans [ii]
Stropham tenacem, perdit Heroſtratus
non immerens, dum durat usq;
flammivomis Stygiis in undis.
Deſiſte, plectrum, flebilibus tonis,
urgeq; Mecœnatis amabiles (kk)
rurſum vocatos, labe nulla
è regione melos laborans.
(ll) Calvine dehinc (mm) Thoma, Biel
(nn) Occame
Socine Scriptis & pariter Grotj (oo)
(pp) Becane, Baronl (qq) timete
proxima bella (rr) Calixte, veſtris.

parte à Decreto abſoluto totum negotium repetat, oportet. D. Qvendſtedi⁹ in Academia Wittebergenſi catenam Hæreticorum dogmatum, ubi per conſequentiam unum ex altero deduci poſſit, pollicitus eſt, num ſteterit promiſſis me fugit. (mm) Thomas magni ingenii Vir ſec. XIII. floruit ex illuſtri familia Comitum Aqvinatum oriundus, Patria Neapolitanus, cujus opera XVII. Tomis comprehenſa extant. Dolendum, inqvit D. Dorſchæus tantum Virum non in ea incidiſſe tempora, qvibus ſplendidior Evangelii lux affulſit, cum ex ejus ſcriptis nonnulla, qvæ ad ſtabiliendam doctrinam Evangelicam faciunt, petere liceat. Eſt verò hujus loci Angelicus ille non Canduarienſis Anglicus. Thomam ſubſeqventi ſeculo impugnandum ſibi ſumpſit Joannes Duns ſive Anglus ſive Scotus cognomento ſubtilis dictus. (nn) Gvilielmus Occam ſec. XIV. innotuit ſectæ Nominalium vocatæ Autor. (oo) Hugone Grotio nullum felicius literarum Sydus in Bel-

giô illuxit quoad profana ſcripta, imo, ſi in Theologiam ceu meſſem alienã non im̃iſiſſet falcẽ, omni laude ſuperior extitiſſet. Ut de Conring. id ipſum ſentiant alii, cauſas habent multas. (pp) Becani in integrum non habetur refutatio. (qq) Baronius Cardinalis fabularum rigidus aſſertor, figmenta nova pro vetuſtis exoptans, operoſus ſcriptor ad añales ſuos, meli' Apologiã pro Pontifice Rom. cum Gallo qvodã & Marco Ant. de Dom. in aureo l. de rep. t. dicendos, ſub quorũ facie Monarchiam Papalem ſtabilire conatur, opere Centur. Magdeb. ſibi contrario excitatus XII. Tom. eos comprehendit. Goldaſtus in Apolog. pro Imp. Rom. primos tres Tomos per plagiũ attribuit Baron. Caſaubonus eruditiſſimus Scriptor refutare cœpit Annales Baronii, ſed in primo Tomo ſubſtitit. Idem in conſiliis habuere Chilonienſis Hiſtor. Prof. cujus nomen memoriam jam non ſubit, Joh. Gerh. Voſſ. & Dorſch. qvi poſterior, ſi De' ad annos XII. dies vitæ prorogaſſet, executus optimè fuiſſet promiſſa, quæ res multum negotii faceſſeret Pontificiis. De Baronio & hoc addo, quod Papatũ ſuo tempore obtinuiſſet præ Paulo V. ni obſtitiſſent Hiſpani, namq; his ob Tomum XI. jus Directi Dominii Pontifici in Siciliæ terras vindicantem, adeo exoſus extitit, ut Philippus non dubitarit manui Carnificis Tomum iſtum comburendum tradere, imò tam Neapoli quam in Sicilia Nobilibus ſub pœna Triremium legendum interdicere. (rr) Georgius Calixtus Prof. Helmſtad. vir profundi judicii & omnimodæ lectionis primus omnium acerrimè Scriptis variis Syncretiſmum urſit, nõ materialem, ſed formalem, trium ſcilicet religionum Luth. Calvin. & Pontificiæ

*expetitam conciliationem per communem animorum ad Symbolum Apoſtolicum conteſſerationem & opinionum de rebus ad fidem non neceſſariis, ut putabat de modis cultus, deq; terminis controverſias explicantibus, ad Scholas Peritorum remiſſionem, liberiq; in eas ſenſus tolerantiam, donec ad liqvidum omnia diſputando redigantur. Hoc de qvid habendum, varii Theologi vid. Moguntinis hoc conſilium non arriſit, qvippe qvi à Concil. Trident. unguem latum non diſcedunt. (tt) Semel offenſi Itali vix in gratiam redeunt, ſub amicitiæ ſpecie extrema intus minantur. Nictu, oculis, geſtibus ſuſpiciones & crimina hauriunt, ut illis gentibus, qvibus remiſſiorem animum & candidiorem ingeneravit natura, perquam difficile ſit verſari cum Jtalis. (ss) Pleriq; ex Anglis Gallis & Belgis rariora edidére cujuscunq; generis ſcripta, & ſua tantâ copia evulgari non paſſi ſunt, eô ipſo literarum honori non parum prævidentes. Anglorum præcipuè in pretio habendi ſunt ſacri libelli ad attentionem etiam in Saxeo homine venandam ſingulari artificio concinnati, dicerem ſi omnes ex Teutonibus noſtris eâ vena; aſt fidei ſinceræ adaptata conciperent ſua, ipſorum fœtus ſane qvò copioſior eſſet, eò charior. Scriverius Magdeb. Müllerus, Carpzov. &c. qvibus potiſſimum adnumera* DN. LIC. STOCKFL. *neutri eorum cedunt gravitate ſtyli, decentia morum, ſubtilitate rerum, elegantia Methodi, raritate commovendi animos. (uu) Geometricæ pro diverſitate qvantitatis diſpoſitæ, ſunt vel lentic. vel Circul. &c. Jta Provincia* EXCELL.

DOMI-

Æqvare nullus ſed, Britones, ſtudet (ss)
Sermone ſtricto vincere, gratiis
Vos, & fidelis poſt habere
Italidem, Rhodanum colentes. (tt)
Motū figuris [uu] hunc patriæ Pater [ww
exinde cum doctis decorant jugis,
vt moris eſt, qvas exterorum
nemo velit bonus invidere
Ipſi. Qvid incumbit lyra deſinens
Tibi ? vereri fas ſiet illicò
iſtas, perennent vota mille
dicere, ioq; ter intonare. (xx)

